Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber tercivs de dialectica [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

bono inimicus non fuit? Quando nō aut accusauit aliquē·aut verberauit· aut prodidit. Epangelia est promissio qua iudicem attentum facimus pollicentes nos aliqua magna aut minima dicturos. Prosopopeia est cum inanimalium & persona & sermo fingitur. Cicero in catilina. Etenim si mecum patria meaq; michi vita mea multo est carior loqueretur dicens & cetera. Paratesis est cū quasi deponimus aliquid imperfectum apud memoriam iudicum repetituros nos dicentes cum oportunū fuerit. Peusis est soliloquium cum ad interrogata ipi nobis respondemus. Sinosis est cum differimus aliquid petētes·ut aliud interim nos permittant dicere

Ca·i

INCIPIT·LIBER·TERCIVS·DE·DIALECTICA·

DIALECTICA·EST·DISCIPLINA AD·DISCERNENDAS·RERVM CAVSAS·INVENTA·IPSA·EST philosophie species·que logica dicitur id ē rationalis·diffiniendi· querendi·& disserēdi potēs. Docet enim in pluribus generibus questionum quemadmodum disputando vera & falsa diiudicetur. Hanc quidem primi philosophi in suis dictionibus habuerunt·non tamen ad artis redigere peritiam. Post hos arestoteles ad regulas quasdam huius doctrine argumēta pduxit & dialecticam nuncupauit· pro eo q; in ea de dictis disputatur Nam lecton dictio dicitur. Ideo autem post rhetoricā disciplinam dialectica sequitur·quia ī multis vtraq; cōmunia existunt

De. Differentia dialectice & rhetorice artis Ca·ii

Dialecticam vero & rhetoricam varro in nouem disciplinarū libris tali similitudine diffiniuit. Dialectica et rhetorica ē quod in manu hominis pugnus astrictus· & palma distensa. Illa verba contrahens. Ista distendens. Dialectica quidem ad disserendas res acutior· rhetorica ad illa que nititur docenda facundior. Illa ad scolas nō nunq̄m venit· ista iugiter procedit in forum. Illa requirit rarissimos studiosos hec autē frequēter & populos. Solent autē philosophi ante q̄m ad isagogen veniant exponendam·diffinitionem philosophiae

ostendere·quo facilius ea que ad eam pertinent demonstrentur

De. Diffinitione. Philosophie Ca·iii·

Philosophia est rerum humanarum diuinarumq; cognitio·cum studio bene viuendi coniuncta. Haec autem duabus ex rebus constare videtur·scientia et oppinatione. Scientia est cum res aliqua certa ratione percipitur. Oppinatio autem cum adhuc res incerta latet· & nulla ratione firma videtur·utputa·sol vtrum ne tantus quantus videtur·an maior sit q̃m omnis terra. Item luna globosa sit an concaua. Et stellae vtrum ne adhereant caelo· an per aerem libero cursu ferantur. Caelum ipm qua magnitudine·qua materia constet·vtq; quietum & immobile sit· an incredibili celeritate voluatur. Quanta terre crassitudo·aut quibus fundamētis librata & suspensa permaneat. Ipm autem nomen latine interpretatum amorem sapientie profitetur. Nam graeci philo amorem·sophiam sapientiā dicūt. Philosophie species tripertita est. Vna naturalis q̃ grece phisica appellatur·in qua de nature inquisitione disserit. Altera moralis·que grece ethica dicitur·in qua de moribus agitur. Tercia rationalis que graeco vocabulo logica appellatur·in qua disputatur quemadmodum in req; causis vel vitae moribus veritas ipa queratur. In phisica igitur causa querēdi. In ethica ordo viuendi In logica ratio intelligendi versatur. Phisicam apud grecos primus perscrutatus est tales milesius vnus ex septem illis sapientibus. Hic enim ante alios celi causas·atq; vim rerum naturalium contemplata ratione suspexit. Quā postmodum plato in quatuor diffinitiōes distribuit id est arithmeticā·geometriā·musicam· astronomiam. Ethicam socrates primus ad corrigendos componendosq; mores instituit·atq; omne studiū eius ad bene viuendi disputationem perduxit. Diuidens eā in quatuor anime virtutes·id est prudentiam·iusticiam·fortitudinem temperantiam. Prudentia est in rebus qua discernūtur a bonis mala. Fortitudo qua aduersa equanimiter tolerantur. Temperātia qua libido concupiscentiaq; rerū frenatur. Iusticia qua recte iudicando sua cuiq; distribuuntur. Logicam que rationalis vocatur plato subiunxit per quam discussis rerum morūq; causis· vim earum rationabiliter perscrutatus est· diuidens eam in dialecticam et rhetoricam. Dicta autem logica id est rationalis Logos enim apud graecos & sermonem significat & rationem

In his quippe tribus generibus philosophie etiã eloqa diuina consistunt. Nam aut de natura disputare solent· ut in genesi & ecclesiasten. Aut de moribus·ut in prouerbiis· & in omnibus sparsim libris. Aut de logica· pro qua nostri theologicam sibi vendicant·ut in canticis canticorum & euangeliis. ¶ Item aliqui doctorum philosophiã in nomine & partibus suis ita diffinie/ runt. Philosophia est diuinarum humanarumq; rerũ inquãtũ homini possibile est probabilis scientia. Aliter. Philosophia est ars artium & disciplina disciplinarum. Rursus. Philosophia est meditatio mortis·quod magis conuenit xpianis·qui seculi am/ bitione calcata·conuersãtione disciplinabili similitudine future patrie viuunt. ¶ Philosophia diuiditur in duas partes. Prima ĩ inspectiuã. Secunda in actualem. Alii diffinierunt philosophie rationẽ in duabus consistere partib9· quaꝝ prior inspectiua est altera actualis. Inspectiua diuiditur in tribus modis·id est. Pri/ mo in naturalem. Secundo in doctrinalem. Tercio ĩ diuinalem Doctrinalis diuiditur in quatuor partes·id est. Prima in arith/ meticam. Secunda in musicam. Tercia geometriã. Quarta astro nomiam. Actualis diuiditur in tribus·id est. Prima ĩ moralem Secunda dispensatiuam. Tercia ciuilem. Inspectiua dicitur qua supergressi visibilia· de diuinis aliquid & caelestibus cõtempla/ mur· eaq; mente solũmodo inspicimus· que corporeum super/ grediuntur obtutum. Naturalis dicitur vbi vniuscuiusq; rei na/ tura discutitur·qua nichil geratur in vita· sed vnumquodq; his vsibus deputatur in quibus a creatore diffinitum est· nisi forte cum voluntate dei aliquod miraculum prouenire monstratur. Diuinalis dicitur quando aut ineffabilem naturam dei·aut spi ritales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate disseri/ mus. Doctrinalis dicitur sciẽtia que abstractã considerat quã/ titatem. Abstracta enim quantitas dicitur·quã intellectu a ma/ teria separantes· vel ab ipis accidentibus·ut ẽ par·impar· vel ab huiusmodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quatuor·arithmetica·geometria·musica·astronomia. Arithme/ tica ẽ disciplina·quantitatis numerabilis secundum se. Geome/ tria est disciplina quantitatis magnitudinis immobilisq; for/ marum. Musica ẽ disciplina que de numeris loqtur qui ad ali/ quid sunt his que inueniũtur in sonis·Astronomia est discipli/ na que cursus celestium siderumq; figuras contemplatur omẽs·

et habitudines stellarum circa se & circa terrā indagabili ratiōe percurrit. Porro actualis dicitur que res ,ppositas operatiōibus suis explicat. Cuius partes sunt tres·moralis·dispensatiua·& ci/uilis. Moralis dicitur per quam viuendi mos honestus appeti/tur·& instituta ad virtutem tendentia preparant. Dispensatiua dicitur cum domesticarum rerum sapienter ordo disponitur. Ciuilis dicitur per quam tocius ciuitatis vtilitas administratur

De. Isagogis porphirii. Ca·iiii

Post philosophie diffinitiones in quibus generaliter omnia continentur· nūc isagogas porphirii expedia mus. Isagoga quippe gracce·latine introductio dicit· eorum scilicet qui philosophiam incipiunt· continens in se de/monstrationem primarum rationum de qualibet re quid sit· suaq; certa ac substanciali diffinitione declaratur. Nam posito primo genere deinde species·& alia que vicina esse possunt sub/iungimus· ac discretis cōmunibus separamus· tamdiu interpo/nentes differentias·quousq; ad primum eius proprium de quo querimus signata eius expressione perueniamus·utputa· homo est animal ratiōale mortale·terrenum·bipes·risus capax. Genus animal cum dictum est·substantia homis declarata est. Est enī ad hominem genus animal· sed quia late patebat·adiecta ē spēs terrenum· iam exclusum est id quod aut aerium·aut humidū. Differentia vero ut bipes· que propter animalia posita est que multis pedibus innitunt. Item rationale propter illa que ratiōe egent. Mortale autem propter id q̄ non angelus est. Postea dis cretis atq; seclusis adiectum est proprium in parte postrema·ri sus capax. Est enim solum hominis q̄ ridet. Sic perfecta ē ois ex parte diffinitio ad hominem declarandum. Cuius disciplīne diffinitionem plenam existimauerunt arestoteles & tullius ex genere et differentiis consistere. Quidam postea pleniores in do cendo eius perfectā substantialem diffinitionem in quinq; par/tibus velut in membris suis diuiserunt. Quarum prima est de genere. Secunda de specie. Tercia de diffinitione vel differentia. Quarta de proprio. Quinta de accidente. Genus ut animal. Est enim vocabulum generale·& commune omnium animam ha bentium. Species ut homo. Est enim specialitas qua separatur a ceteris animantibus. Differentia·ut rationale mortale. His enī duobus differt homo a ceteris. Cum enim dicitur rationale·

discernitur ab irrationalibus & mutis· que non habent rationē
Cum mortale discernitur ab angelis qui nesciut mortem. Pro/
prium ut risibile. Homo enim est quod ridet· & hoc preter ho/
minem nullius animalis est. Accidens ut color in corpore· &
doctrina in animo. Haec enim temporum varietate & accedūt
et mutantur· & est ex omnibus his quinq; partibus oratio ple/
ne sententiae ita. Homo est animal· rationale· mortale· risibile·
boni maliq; capax. Sic etiam in omni ratione substantiali tam/
diu interponere debemus species & differentias· q̃m diu seclusis
omnibus que hoc idem possunt esse ad id perueniat· ut ꝓprie/
tas iam certa teneatur. Isagogas autem ex graeco in latinū trans
tulit victorinus orator· commētumq; eius quinq; libris boecius
edidit.

De. Cathegoriis arestotelis Ca. v

Sequuntur. Arestotelis cathegoriae· que latine predi/
camenta dicuntur· quibus per varias significationes
omnis sermo conclusus est. Instrumēta cathegoriaꝝ
sunt tria. Prima equiuoca. Secunda vniuoca. Tercia denomina/
tiua. Equiuoca sunt quando multarum rerum nomen vnum ē
sed non eadem diffinitio· ut leo. Nam quantum ad nomen per/
tinet & verus & pictus & caelestis leo dicitur. Quantum ad
diffinitionem pertinet aliter verus diffinitur· aliter pictus· aliter
celestis. Vniuoca sunt quando duarum aut plurimarum rerū
vnum nomen est & diffinitio· ut vestis. Nam & birrus et tuni
ca nomen vestis possunt accipere· & eius diffinitionem. Ergo
vniuoca in generibus esse intelligunt· quia et nomen & diffini/
tionem dant formis suis. Denomiatiua id est deriuatiua dicun
tur quecunq; ab aliquo solo differentie causa secundum nomia
habent appellationem· ut a bonitate bonus· a malicia malus.
Cathegoriarum autem species· x· sunt· id est substantia· quan/
titas· qualitas· relatio· situs· locus· tempus· habitus· agere & pati·
Substantia est que proprie & principaliter dicitur que neq; de
subiecto predicatur· neq; ī subiecto est· ut aliqs homo· vel aliqs
equus. Secundae autem substantie dicuntur· in quibus ille spēs
que principaliter substantie ꝑmo dicte sunt insunt atq; claudunt
ut ī homie cicero. Quātitas ē mensura ꝑ quā aliq d vel magnū
uel minus ostenditur· ut longus· breuis. Qualitas est qualis sit
orator· aut rusticus· niger aut candidus. Relatio est que refertur
ad aliq d. Cum enim dicitur filius demonstratur & pater. Haec

relatiua simul esse incipiunt. Nanq; seruus ac dominus vno tpe
exordium nominis sumũt· nec al quando inuenitur dominus
prior seruo· nec seruus domino. Alterum enim alteri preesse nõ
potest. Porro situs a positione dictus· ut quis aut stet· aut sedeat
aut iaceat. Locus est vbi sit in foro· in platea. Loci autem motus
partes· vi· habet· dextram & sinistram· ante & retro· sursum atq;
deorsum. Partes quoq; iste sex· duo habent longe et prope. Tem
pus ut hodie heri. Habitus ab habendo aliqd dictus· ut habere
scientiam in mente· virtutem in corpore· circa corpus vestimen/
tum· & cetera que ad habendum modum designato a doctori/
bus numero comprehenduntur. Iam vero agere & pati ab agẽ/
tis & pacientis significatione consistunt. Na scribo vocis actũ
habet· quoniam facientis rem indicat. Scribor pacientis est· quo/
niam pati se ostendit. In his enim generibus nouem quorum
exempl. gratia quedam posita sunt vel in ipo substantie genere·
quod est vsia· innumerabilia reperiũtur. Nam & ea q̃ intellectu
capimus id alterum horum· x· predicamentorum sermone vul/
gamus. Plena eni sententia de his ita est. Augustinus· magnus
orator· filius illius· stans in templo· hodie infulatus· disputando
fatigatur. Vsia autem substantia est· id est proprium· que ceteris
subiacet· reliqua nouem accidentia sunt. Substantia autẽ dicitur
ab eo q̃ omnis res ad seipam subsistit. Corpus enim subsist t·
et ideo substantia est. Illa vero accidentia que in subsistente atq;
subiecto sunt substantie non sunt· quia non subsistunt· sed mu
tantur· ut color vel forma. De subiecto autẽ & in subiecto· quasi
de ipo & in ipo. Vbi eni dicitur de subiecto substãtia est· quasi
dicatur de substantia. Vbi autem dicitur in subiecto accidentia
sunt· id est que accidunt in substantia· ut quãtitas· qualitas· vel
figura. De subiecto igitur genera & species· in subiecto accidẽtia
sunt. Ex his nouem accidentibus tria sunt intra vsiam· quãtitas
et qualitas & situs. Haec enim sine vsia esse non possunt. Extra
vsiam vero sunt· locus tempus· & habitus. Intra & extra vsiam
sunt· relatio· facere & pati. Appellatas autem cathegorias con
stat· quia nõ possunt nisi ex subiectis agnosci. Quis enim quid
sit homo possit agnoscere· nisi aliquem hominẽ sibi ponat ante
oculos· quasi subiectum nomini? Hoc opus arestotelis intelligẽ
dum ẽ· quoniam sicut dictum est· quicquid homo loquit inter
·x· ista predicamẽta habet. Proficiet etiam ad libros intelligẽdos·

qui siue rhetoribus siue dialecticis apponuntur

De. Periermeniis arestotelis. Ca·vi

Sequitur deinc liber periermenias subtilissimus ni/
mis·et per varias formas iterationesq; cautissimus·de
quo dicitur. Arestoteles quãdo periermenias scripti/
tabat·calamum in mente tingebat. Prefatio periermeniarum
Omnis quippe res que vna est·et vno significatur sermone·aut
per nomen significatur·aut per verbum. Que due partes oratio/
nis interpretantur totum quicquid cõceperit mens ad eloquen
dum. Omnis enim elocutio concepte rei mẽtis interpres ẽ. Hãc
Arestoteles vir in rerum expressione·& faciendis sermonibus
peritissimus periermeniam nominat· quam interpretationem
nos appellamus·scilicet q; res mente conceptas prolatis sermo/
nibus interpretatur per catafrasin & apofrasin id est affirmatio
nem & negationem. Per affirmationem ut homo currit. Per
negationem·ut homo non currit. In his itaq; periermeniis sup̃/
dictus philosophus de septem speciebus tractat· id est de noie
de verbo·de oratione·de enunciatione·de affirmatione de nega/
tione·de contradictione. Nomen ẽ vox significatiua secundum
placitum sine tempore·cuius nulla pars ẽ significatiua separata
ut socrates. Verbum est quod significat tẽpus·cuius pars nichil
extra significat·sed semper eorum que de altero dicuntur notata
ut cogitat·disputat. Oratio est vox significatiua cuius partium
aliquid separatum significatiuum ẽ·ut socrates disputat. Enun/
ciatiua ẽ oratio significatiua vox de eo quod ẽ aliquid· vel non
est ut socrates ẽ·socrates non ẽ. Affirmatio ẽ enunciatio alicuius
de aliquo·ut socrates ẽ. Negatio ẽ alicuius ab aliquo·ut socrates
non est. Contradictio ẽ affirmationis & negationis oppositio·
ut socrates disputat·socrates non disputat. Vtilitas perierme/
niarum hec ẽ· q; ex his interpretamentis sillogismi fiunt. Vnde
et analectica pertractantur.

De. Sillogismis dialecticis Ca·vii

Sequuntur deinc dialectici sillogismi·vbi tocius ar/
tis vtilitas & virtus ostenditur. Quorum conclusio
plurimum lectorẽ adiuuat ad veritatẽ inuestigandã·
tantum ut absit illi error decipiendi aduersariũ per sophismata
falsarum conclusionum. Formule cathegoricorum id est pre/
dicatiuorum sillogismorũ sunt tres. Prime formule modi sunt

nouem. Primus modus est qui conducit id est qui colligit ex
vniuersalibus dedicatiuis·dedicatiuum vniuersale directum·ut
omne iustum honestum·omne honestum bonum· omne igit
iustum bonum. Secundus modus est qui conducit ex vniuer/
salibus dedicatiuis abdicatiuis abdicatiuum vniuersale directũ
ut omne iustum honestum·nullum honestum turpe· nullum
igitur iustum turpe. Tercius modus est qui conducit ex dedica
tiuis particulari & vniuersali dedicatiuum particulare directũ·
ut quoddam iustum honestũ· omne honestum vtile·quoddã
igitur iustum vtile. Quartus modus est·qui conducit ex parti/
culari dedicatiua et vniuersali abdicatiua·abdicatiuũ dedicatiuũ
particulare directum· ut quoddam iustum honestum·nullum
honestum turpe·quoddam igitur iustũ non ẽ turpe. Quintus
modus est·qui cõducit ex vniuersalibus dedicatiuis particulare
dedicatiuum per reflexionem·ut omne iustum honestũ·omne
honestum bonũ·quoddam igitur iustum bonum. Sextus mo
dus ẽ qui conducit ex vniuersali dedicatiua· & vniuersali abdi/
catiua·abdicatiuum vniuersale per reflexionem· ut omne iustũ
honestum· nullum honestũ turpe· nullum igitur turpe iustũ.
Septimus modus est qui conducit ex particulari & vniuersali
dedicatiuo dedicatiuum particulare per reflexionẽ· ut quoddã
iustum honestũ·omne honestum vtile· quoddam igitur vtile
iustum. Octauus modus ẽ·qui conducit ex vniuersali abdicati/
ua·& dedicatiua particulari·abdicatiuum per reflexionẽ·ut nul/
lum turpe honestũ·omne honestum iustũ· quoddam igit tur/
pe non ẽ iustum. Nonus modus est·qui conducit ex vniuersali
abdicatiua·& particulari dedicatiua· dedicatiuũ particulare per
reflexionem· ut nullum turpe honestũ·quoddam honestũ iu/
stum quoddam igitur iustum non ẽ turpe. ¶ Formule secũdi
modi sunt quatuor. Primus modus ẽ qui conducit ex vniuersa
libus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuum vniuersale directũ·
ut omne iustum honestum·nullum turpe honestũ· nullũ igit
turpe iustũ. Secũdus modus ẽ qui conducit ex vniuersalibus
abdicatiua & dedicatiua abdicatiuum vniuersale directum· ut
nullum turpe honestũ·omne iustum honestum·nullum igitur
iustum turpe. Tercius modus ẽ qui conducit ex particulari de/
dicatiua & vniuersali abdicatiua abdicatiuum particulare direc
tum·ut quoddã iustum honestũ·nullũ turpe honestũ· quoddã

igitur turpe non est iustum. Quartus modus est qui conducit ex particulari dedicatiua & vniuersali abdicatiua dedicatiuum particulare directum·ut quoddam iustum non est turpe·omne malum turpe·quoddam igit iustũ non est malum. ¶ Formule tercii modi sunt sex. Primus modus ẽ qui conducit ex dedicatiuis vniuersalibus dedicatiuũ particulare tã directũ q̃m reflexũ· ut omne iustum honestum·omne honestũ bonum·omne iustũ bonum· quoddam igitur honestũ bonum· quoddam bonum honestum. Secundus modus ẽ qui conducit ex dedicatiuis particulari & vniuersali dedicatiuũ particulare directũ· ut quoddã iustum honestum·omne iustum bonũ· quoddam igit honestũ bonũ. Tercius modus ẽ ex dedicatiuis vniuersali & particulari dedicatiuũ particulare directũ·ut omne iustum honestũ·quoddam iustum bonũ·quoddam igit honestum bonum. Quartus modus est qui conducit ex vniuersali dedicatiua & particulari abdicatiua abdicatiuũ particulare directũ· ut omne iustũ honestum·nullum iustũ malum·quoddã igit honestũ non ẽ malũ. Quintus modus ẽ qui conducit ex dedicatiua particulari et abdicatiua vniuersali abdicatiuũ particulare directũ·ut quoddam iustum honestũ·nullum iustũ malum·quoddam igit iustum non ẽ malum. Sextus modus ẽ qui conducit ex dedicatiua vniuersali & abdicatiua particulari abdicatiuũ particulare directũ ut omne iustũ honestũ· quoddam iustũ non ẽ malũ·quoddã igitur honestũ non ẽ malum. ¶ Has formulas cathegoricorũ sillogismorũ qui plene nosse desiderat·librum legat q̃ inscribit periermenias apulei·et subtilius que sunt tractata cognoscit·distincta enim atq; considerata ad magnas intelligentie vias lectorẽ prestante domino vtiliter introducunt. Nunc ad ippoteticos sillogismos ordine sequenti veniamus. ¶ Modi sillogismorum ippoteticorũ qui fiũt cũ aliqua conclusione sunt septẽ. Primus modus ẽ·si dies ẽ·lucet·ẽ autem dies·lucet igit. Secũdus modus est·si dies ẽ· lucet·non lucet·non ẽ igit dies. Tercius modus ẽ ita non ẽ dies·est·& nõ lucet·atq; dies ẽ·lucet igit. Quartus modus est ita·aut dies ẽ·aut nox·atq; dies ẽ·nox igitur non ẽ. Quintus modus ẽ ita·aut dies ẽ·aut nox·vtiq; nox nõ ẽ·dies igit ẽ. Sextꝰ modus ẽ ita·non ẽ dies·& non lucet· dies autem ẽ·nox igit non est. Septimus modus ẽ ita·non ẽ dies·& nox·vtiq; nox non est· dies igitur ẽ. ¶ Modos autem ippoteticorum sillogismoꝝ siq̃s

melius nosse desiderat·librum legat marii victorini· q inscribit de sillogismis ippoteticis. ¶ Hinc ad dialecticas diffinitionum species accedamus· que tanta dignitate precellunt· ut possint iudiciorum apperte manifestationes·et quedam indicia dictionũ ostendere ¶ Ca·viii

De.Diuisione diffinitionũ ex marii victorini libro adbreuiatis

Diffinitio est philosophorum que in rebus exprimendis explicat quid res ipa sit·qualis sit·et quéadmodũ membris suis constare debeat. Est enim ratio breuis vnuiscuiusq; rei naturã a communione diuisam propria significatione concludens. ¶ Diuisio diffinitionum in partes xv·habetur. Prima species diffinitionis é vsiodis vel vsualis id est substantialis que proprie & vere dicitur diffinitio ut é homo animal rationale mortale·sensus disciplineq; capax. Haec enĩ diffinitio per species & differentias descendens·venit ad proprium· et designat plenissime quid sit homo Secũda species diffinitionis est que graece enneomatice dicitur· latine notio nuncupãt· quam notionem communi non proprio nomine possumus dicere. Haec isto modo semper efficitur homo est quod rationali conceptione & exercicio preest animãtibus cunctis. Non enim dixit quid é homo·sed quid agat·quasi quodam signo in noticiam deuocato. In ista enim & in reliquis noticia rei profertur· non substantialis explicatio declarãt·quia illa que substantialis est diffinitionum omnium optinet principatum. Tercia species diffinitionis é·que graece poites dicit latine qualitatiua vocatur quia ex qualitate nomẽ accepit·pro eo q; quid quale sit·id quod sit euidenter ostendit. Cuius exemplum tale é. Homo é q ingenio valet·artibus pollet & cognitione rerũ· aut quod agere debet eligit·aut animaduersione quid inutile sit contempnit. His enim qualitatibus expressus ac diffinitus é homo. Quarta spés diffinitionis é·que graece ippograficen·latine a tullio descriptio nominatur·que adhibita circuitione dictorũ factorũq; rem que sit descriptione declarat. Queritũ enim quid sit auarus·q d crudelis·q d luxuriosus· & vniuersa luxuriosi auari & crudelis nata describit· ut si luxuriosum volumus diffinire dicimus. Luxuriosus é victus non necessarii sed sumptuosi·& honores appetens· in deliciis affluens·in libidine promptus. Haec talia diffiniunt luxuriosum·sed per descriptionẽ diffiniũt. Que spés diffinitiõis

oratoribus magis apta est q̃m dialecticis·quia latitudinis pluri
mum habet· que similitudo in bonis rebus ponit̃ & in malis.
Quinta species diffinitionis ē quā grece cataantelexin·latine ad/
uerbiū dicimus. Haec vocē illam de cuius re querit̃ alio sermōe
designat vna & singulari & quodāmodo quid illud sit in vno
verbo positū·vno verbo alio declarat·vt contiscescere ē tacere. Itē
cum terminū dicimus finem·aut populatas interpretamur esse
vastatas. Sexta species diffinitionis ē quam graeci catadioforam
nos per differentiam dicimus·scriptores vero artiū de eodem &
de altero nomināt·ut cū querit̃ q̄d intersit inter regem et tirānū
adiecta differētia quid vterq; sit diffinit̃ id ē. Rex ē modestus &
temperans. Tirannus vero impius & immitis. Septima species
diffinitionis ē quam greci catametaforon·latini per translationē
dicūt·vt cicero in topicis. Litus est q̄a fluctus elidit. Hoc varie
tractari potest. Modo enī vt moneat·modo vt designet·modo
vt laudet·aut vituperet. Vt moneat·nobilitas ē virtutis modoꝝ
apud posteros sarcina. Vt designet. Apex vel caput ē·arx corpis
Vt laudet. Adolescentia ē flos etatis. Vt vituperet. Diuitie sunt
breuis vite·longū viaticū. Octaua spēs diffinitionis ē quā greci
cataafaresin vocant·atogenentio·latini per priuantiam cōtrariū
eius quod diffinit̃·dicūt·vt bonū est·quod malum non ē·iustū
est·quod iniustū nō ē·et his similia. Hoc autē genere diffinitio/
nis vti debemus·cū cōtrariū est notū·vt si bonū est·quod ꝓdest
cum honestate· id quod tale non ē·malum ē. Nona spēs diffini/
tionis ē quam graeci cataipotiposin· latini per quandam imagi
nationem dicūt·vt Eneas ē veneris & anchise filius. Hec semp̄
in indiuiduis versāt̃ que graeci athoma appellant. Decima spēs
diffinitionis ē quam graeci cataelli iepeson·vel moctinocellope
locerii homo genus·latini per indigentiam pleni ex eodē genere
dicūt·vt si querat̃ quid sit animal· respondeat̃ homo·rem enim
quesitam predictum declarauit exemplum. Hoc ē autem pro/
prium diffinitiōis q̄d sit illud quod queritur declarare. Vnde/
cima spēs diffinicōis est quam greci cataanalogian· latini iuxta
rationem dicunt·id est per indigentiam pleni ex eodem genere·
ut si queratur quid sit thesis·respondeaturq;·cuius vel cui deest
ut sit arsis. Duodecima spēs diffinitionis est quam graeci cata/
eilenon id est per laudem·ut tullius pro cluentio. Lex est mens
consiliumq; & animus & sententia ciuitatis. Et aliter. Pax est

tranquilla libertas. Fit et per vituperationem quá graeci ꝓgon vocant·ut. Seruitus est postremũ omnium maloꝝ· non modo boello·sed morte quoq; repellenda est. Terciadecima spẽs diffi/ nitionis est quá graeci catatonposten·latini ad aliquid vocant· ut est illud. Pater est·cui ẽ filius. Dns est.cui ẽ seruus. Quarta/ decima species diffinitiõis ẽ catatorrus·ut cicero in rhetor.cis·ge nus est quod plures amplectitur partes. Item pars ẽ que subest generi. Quintadecima species diffinitionis ẽ quá greci cataetilo/ gian·latini secundum rei rationem vocãt·ut. Dies est sol super terras. Nox est sol sub terris. ¶ Scire autem debemus predictas species diffinitionũ topicis merito esse sociatas· quoniam inter quedam argumenta sunt posite·et nõnullis locis cõmemorant̃ in topicis. Nunc autem ad topica veniamus·que sunt argumen torum sedes·fontes sensuum·& origines dictionum.

¶ De. Topicis ¶ Ca·viii

Topica localis est disciplina inueniendorum argumẽ torum. Diuisio topicorum siue locorũ ex quibus ar/ gumenta dicunt̃ triplex est. Nã alia in eo ipo de quo agitur herent·alia que dicunt̃ effecta·que quodãmodo ex rebus aliis tracta noscunt̃· alia que assumunt̃ extrinsecus. ¶ Argume ta que in eo ipo de quo agit̃ herẽt in tribus diuisa sunt. Prima a toto. Secunda a parte. Tercia a nota. Argumentũ est a toto·cũ diffinitio adhibetur ad id quod querit̃·sicut ait cicero. Gloria ẽ laus recte factorũ· magnorũq; in republica fama meritorum A partibus est argumentum·cum is qui se defendit· aut negat factum·aut factum esse iure defendit. A nota est argumentum cum & sui nomis argumentũ aliquod dicit̃·ut cicero. Consu/ lem inquã querebam quem in isto maiali inuenire non poterã ¶ Effecta argumẽta sunt q̃ quodãmodo ex rebus aliis tracta noscunt̃. Sunt autem numero·xiii·id est primum a coniugatis. Argumentum est cum declinat̃ a nomie·& fit verbũ·ut cicero verrem dicit euertisse prouinciã. Vel nomen a verbo·cũ latroci/ nari dicitur latro·nomen ẽ latro. Nomen a nomine. Terrentius Hoc inceptio ẽ amentiũ haud amantiũ· dũmodo distat vnius appellationis postremitas in alia vocis declinatione formata. Secũdum argumentũ a genere ẽ·cum de eodem genere sentẽtia dicitur·ut virgilius. Varium & mutabile genus femina. Terciũ a specie argumentũ est·cum de generali questione fidem species

facit·ut. An nõ sic frigius penetrat lacedemona pastor. A simili argumentum est·quãdo rebus aliquibus similia proferũtur·ut Suggere tela michi·nõnullũ dextera frustra. Torserit in rutilos steteritq; in corpore graium. Iliacis campis. A differentia argumentum ẽ·quando per differentiã aliqua separãtur·ut virgilius Non diomedis equos nec currũ cernis achillis. A contrariis argumentum dicitur·quando res discrepantes sibimet opponunt̃ ut virgilius. Mortali ne manu facte immortales carine. Fas habeant certusq; incerta pericula lustres eneas. A consequentibus argumentum dicit̃·quando positam rem aliquid ineuitabiliter consequit̃·ut virgilius. Nõ ea vis animo nec tãta supbia victis. Ab antecedentibus argumentũ est· qñ aliqua ex his que prius gesta comprobant̃·ut cicero pro milone. Cum non dubitauerit apperire quid cogitauerit·vos potestis dubitare q̃d fecerit. A repugnantibus argumentũ est· quãdo illud quod obiicit̃ aliqua contrarietate destruitur·ut cicero. Is igit̃ non modo de tali periculo liberatus· sed honore amplissimo ditatus·q; domi te interficere voluisset. A coniugatis argumentũ est·cũ ꝓbabiliter ostẽditur quid sit ex re quaque venturũ·ut virgilius. Nos si pellãt nichil adfore credunt. Quin omnẽ hesperiã sua sub iuga mittãt A causis argumẽtum est· quando ex consuetudine cõmuni res q̃q; tractat̃·ut terrẽtius. Ego nõnichil veritus sum dudũ ab stecauere ne faceres quod vulgꝰ seruoꝝ solet dolis ut me illuderes· Ab effectis argumentũ est·cũ ex his q̃ facta sunt aliq̃d approbatur·ut virgilius. Degeneres animos timor arguit. A cõpatiõe argumentũ est· qñ per collationem personarum siue causarum sententie ratio sub imputatiõe formatur·ut virgilius. Tu potes eneam manibus subducere graium. Nos aliq̃d contra rutilos iuuisse nefandum est. Item argumenta que dicunt̃ extrinsecus· que graece tegnos id est artis expertes vocant· ut ẽ testimoniũ. Testimonium vero constat re. Et diuiditur qñq; modis· id est Primo ex persona. Secundo ex nature auctoritate. Tercio ex tẽporibus auctoritatũ. Quarto ex dictis factisq; maiorũ. Quinto ex tormentis. Tercius ergo superior modus q̃ est ex tẽporibus in octo spẽs deriuatur. Prima ingenio. Secũda operibus. Tercia etate. Quarta fortuna. Quinta arte. Sexta vsu. Septĩa necessitate. Octaua concursione fortuitorum. Testimon·um omne ẽ quod ab aliqua externa re sumitur ad faciendam fidem. Persona non

qualiscunq; est q̃ testimonii pondus habet ad faciendã fidem-
sed morum probitate debet esse laudabilis. Naturae auctoritas
que maxima virtute consistit. Testimonia multa sunt q̃ afferũt
auctoritatem-id est ingenium-opes-etas-fortuna-ars-vsus-necessi
tas- & concursio rerum fortuitarũ. A dictis factisq; maiorum
petitur fides cum priscorũ dicta factaq; memorant. A tormẽtis
fides prebet-post que nemo creditur velle mentiri. Ea vero que
tractantur in tempore-quia suis nominibus plana sunt diffini/
tione non indigent. Memorie quoq; condendum ẽ topica ora/
toribus-dialecticis-poetis & iurisperitis cõmuniter quidem ar/
gumenta prestare-sed quando aliquid specialiter probãt-ad rhe/
tores-& poetas-iurisperitosq; pertinent- quãdo vero generaliter
disputant ad philosophos attinere manifestum ẽ. Mirabile pla/
ne genus operis in vnum potuisse colligi quicquid mobilitas
ac varietas humane mentis in sensibus exquirendis p diuersas
causas poterat inuenire conclusum-liberum ac voluntariũ intel
lectum. Nam quocũq; se verterit-quascunq; cogitationes intraue
rit in aliquid eorũ que predicta sunt necesse ẽ cadat ingenium.

De. Oppositis. Ca. x.

Contrariorum genera quatuor sunt- que. Arestoteles
anticimena id est opposita vocat. Propter quod sibi
velut ex aduerso videntur existere ut contraria-nec tã
omnia que opponuntur sibi contraria sunt- sed omnia cõtraria
sibi opposita sunt. Primum genus ẽ contrariorum- quod iuxta
ciceronem diuersum vocãt-pro eo q; tãtum contrarie sibi oppo/
nuntur-ut nõ eorũ sint quibus opponãtur-ut sapiẽtia-stulticia.
Quod genus in tres species diuiditur. Nam sunt quedam eius
que medium habent- & quedam sunt que sine medio sunt- &
quedam sunt que habent medium-& tamen sine nomine sunt-
nisi vtrũq; ei vocabulum creet. Candidum & nigrum medium
habent- quia inter eos sepe color pallidus vel fuscus inuenitur.
Sine medio sunt quotiens vnum de duobus accidit- ut sanitas
vel infirmitas. Horum nichil est medium. Ea autem quorum
media sunt sine nomine-sunt-ut foelix-infoelix-medium habent
non foelix. Secundũ genus est relatiuorũ-que ita sibi opponunt
ut ad se conferant-sicut duplum-simplum. Hoc solũ oppositorũ
genus ad se refertur. Non enim est maius nisi ad minus referat
et simplum nisi ad duplum. Aut eius cui opponit ipsum quod

opponitur. Nam relatiuum ipo relatiuo ita opponitur· ut hoc ipm quod opponit aut eius sit cui opponit· aut ad id quocũq; modo referat. Dimidiũ enim opponit duplo·eiusq; dupli mediũ est·sed ita illi opponit· ut eius sit cui opponit. Sic & paruũ op/ ponitur magno· ita ut ipm paruũ ad magnũ cui opponitur sit paruum. Nam superiora que dicunt cõtraria·ita sibi opponunt nec ad ea quocunq; modo referant. Siquidem iniquitas iusticie ita contraria est·ut non eiusdem iusticie iniquitas sit·aut ad illã sit iniquitas. Tercium genus ẽ oppositorũ habitus vel orbatio. Quod genus cicero priuationẽ vocat·qua ostendit aliq d quẽpi/ am habuisse vnde priuatus est. Cuius species sunt tres. Quarũ prima ẽ in re· secunda in loco·tercia in tempore cõgruo. In re·ut cecitas· & visio in oculis. In loco ut cecitas & visionis in oculis locus ẽ In tempore congruo·ut infantem non dicere sine denti/ bus cum cui dentes adhuc parua etas negauit. Non enim ẽ pri uatus dentibus quos nõdum habuit. Quartum vero genus ex confirmatione & negatione opponit·ut socrates disputat·socra/ tes non disputat. Haec a superioribus ideo differũt·q; illa sigilla tim dici possunt·haec nisi cõnexe dici nõ possunt. Quod genus quartum apud dialecticos multũ habet conflictũ· & appellat ab eis valde oppositũ·siquidem & tercium non recipit. Nam ex illis quedam habere tercium possunt·ut in cõtrariis·candidũ & nigrum. Tercium eius·nec candidum·nec nigrũ·sed fuscum vel pallidum. In relatiuis quoq; ut multa et pauca·tercium eius nec multa nec pauca·sed mediocria. In habitu vel orbatione·ut visio et cecitas·terciũ eius nec cecitas nec visio·sed lippitudo. Hic ergo legit·non legit·tercium nichil habet·

INCIPIT · LIBER · TERCIVS · DE · QVATVOR · SEQVENTIBVS · DISCIPLINIS

Ca·1

MATHEMATICA · LATINE · DICITVR · DOCTRINALIS · SCI/ ENTIA · QVE · ABSTRACTA · considerat quantitatem. Abstracta enim quãtitas est quam intellectu a materia se/ parantes vel ab aliis accidentibus·ut ẽ par· impar·vel ab aliis huiuscemodi in sola ratiocinacõe tractamus